



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.6. S. Eutropia & ciuum crudelis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

ritis, trucidate me primum, & pro ipsis virtutem diuina maiestati libate, ut pariter caelesti beatitudine digni mereamur inueniri: His dicitis: cum in oratione prostratus hunc versiculum Episcopus decantaret: Adhucit paumento anima mea, continuò ictu gladiatoris sequente, capite truncato, verbum sanctitatis ab ore decollati non desstitit, sed immortalitatis sententiam, quam petiit adimplendo impetravit: dicens, vivifica me secundum verbum tuum. Sic <sup>Psal. 118.</sup> cecidit hostia Deo grata.

VI.

Fratre occiso, soror Eutropia, velut Chri- <sup>S EUTROPIA</sup> stiana aliqua astigit Camilla, atque è tota <sup>PIAE ET</sup> multitudine, sideris cuiusdam instar emi- <sup>CIVIVM</sup> cuit. Cuius heroicum pectus, & virginei <sup>CRUDELIS</sup> oris gratia, ipsum barbarorum impetum <sup>MORS.</sup> stitit; oculosq; rapuit, celeste quiddā in humana forma admirantium. Sensit prudens virgo, quod res erat, nempe impiam crudelitatem circa se mitigatam; speciemque suam litibus paganorum reseruatam. Quia igitur maluit immanitatem, quam libidinem barbarorum pati, confilium in arena cepit, ad fratri sui interfectorem conuersa, sibi ab blandientem imperterrita voce, *Hem, inquietabat, tyranne crudelis, magnum Dei virum indignis manibus ingulasti,* O me

*M 3 tibi*

tibi abutendam reseruas? Non ita fiet: dinata  
namq; te sententia damnat. Dixit, & à Deo  
acta, repentino saltu in eum infiliit, mar-  
tyriumque non ambiens, sed extorquens,  
neque muliebri virtute, sed diuina vltione  
in palpebras eius vtraq; manu inuolauit,  
quas vnà cum oculis stirpitus euulsit. Quo  
facinore incitati hostes, strictis vndique en-  
sibus in eam ruerunt, milleq; plagis confos-  
sam, sed pudicitia integra, fratri hostiam al-  
teram addiderunt. Generosum hoc feminæ  
factum ceteros ciues ita animauit, ut om-  
nes vellent & pro expiatione peccatorum  
suorum, & pro nomine Christi, etiam ipsa  
sanguinem profundere. Quod & factum  
est. Nam ex exemplo omnes, qui ad sacram  
& dem confugerant, & qui in plateis inuen-  
ti fuerant, & quotquot se in latibulis ab-  
sconderant, in publicum protracti, concisi,  
mactati sunt.

VII.  
ETIAM  
NECESSA  
RIA MALA  
PATIEN-  
TEROLE.  
RATA, A  
DEO PRO

Animaduertite nunc, quam vtile, &  
Deo gratum sit sacrificium, si vel illa mala,  
quaæ nobis aliqui inutilia accidunt, sal-  
tem patienter toleramus, Deoque pro pec-  
catis nostris offerimus; præsertim si mala  
rata, a nobis inferantur ab hoste religionis inimi-  
co. Expleta dirissima cæde, & vniuersa ci-  
uitate